



§. IX. Tam descendentium quam collateralium repraesentatio iuris est positivi humani.

§. X. Sitne successio ab intestato iuris naturalis? Grotius eam perperam dixit tacitum testamentum ex voluntatis coniectura. Eius aliorumque, qui quaestionem adfirmant, rationes adducuntur. Usus iuris repraesentationis apud Hebraeos.

§. XI. Rationes successionem ab intestato ex iure naturae asserentium suasoriae tantum sunt, non praeceptivae. Laudatur Böhmerus.

§. XII. Successio ab intestato neque originario neque derivativo acquirendi dominium modis comprehendendi potest.

§. XIII. Cur excogitata fuerit voluntas, quam vocant praesumptam, in intestato mortuis. Grotius taxatur. Repugnat testamentum tacitum. Testamenta non sunt iuris naturalis. Mortuorum nulla voluntas est, neque expressa neque tacita, neque praesumpta. Ius naturae non est turbandum fictionibus.

§. XIV. Neque in hypothetico neque in absoluto iure naturae praeceptivo successio ab intestato fundata est. Quoadantenus dissentit Gribnerus. Consentit Gundlingius. A necessitate quoque alendi liberos ad successionem ab intestato non valet argumentatio. Successione ab intestato in iure naturae haud fundata, nec ius repraesentandi eodem subnixum est.

§. XV. Obiectio a legibus Ebraeorum desumpta soluitur. Hae iuri naturali etiam in descendentium successione non ubiuis respondent. Quod exemplo illustratur filiarum post filios demum succedentium in bona paterna.

§. XVI. Item exemplo filiorum filias a successione in bona materna post patrem excludentium. Ceterum liberi post patrem

trahuntur